UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nauicula siue speculum fatuoru[m] Prestantissimi sacraru[m] literaru[m]

Geiler von Kaysersberg, Johannes

Argentorati, 24. Jan. 1513

32 Adultero[rum] (Ee narre[n]) Nole. Concubitus soluti cu[m] maritata/ aut econtra: vxorati cu[m] maritata: [con]cubina[m] publice cu[m] vxore tenere: vxorem ad adulterandu[m] inducere: aliena[m] ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-70346

Visual Library

ſociā. Non litigio eū fatiges indeſinēter die ac nocte:ſerua ei fidem:nō
ad alias accede. Cōica ei bona:nō ꝙ in ꝯuiuijs tu/ip̄a cum pueris in
miſerijs delitescat:tu des ruct⁹ p̄ crapula/ip̄a gemit⁹ pre inedia. Hec
dulcis cohabitatio nō ꝑua erit bone vxoris custodia:cūq̃ʒ videlʒ audi
erit crepitātem ianuā gaudeat te aduenientē:nō tremat ſicut ad aduē
A tū inſanientis. Tertius cuſtos eſt hoſpites nō introducere. Si ꝓ͞ba vx
or eſt/cum nullo ſibi maior q̃ʒ tecū eſt voluptas ⁊ iucūda ſocietas:di
mitte foras diabolū:nō eſt opus vt impingatꝛ parietibꝫ/al's nouit ve
nire in edes: vt vulgo dici ſolet: Qui murem in pera/ſerpētem in ſinu/
ignem in gremio tenet/ malos habet hoſpites. De iude. ca. ⁊ ſi iude
is. Sʒ parc⁹ (inq̇s) appellarer (ein zucher/ein ſchmyrtzler/ein ſchmoro
tzer) Meli⁹ eſt frater vt ſordid⁹ appelleris q̃ʒ cucul⁹ efficiaris (weger
iſt ein ſchmyrtzler in ſeim huſz/dan brietē froembd eyer vſz. Quart⁹ cu
ſtos vxorē nō educere. Si fidelis eſt vxor vt dixi/nullibi magis gau
det q̃ʒ eſſe tecū ⁊ ſuis pueris. Scis quē animū reportes o vxor poſt
q̃ʒ de ſpectaculis redieris:nō cura ſi ex hoc deſpiceris:meli⁹ eſt qd ſal
ua tue vxoris honeſtate deſpiciaris/q̃ʒ meretricē habeas cū applauſu
⁊ arriſione riualiū. Sed rumpent ſocij fornacē ⁊ feneſtras/ſi vxorem
ire nō ꝑmiſero: Facilius fornax q̃ʒ vxor reformari poterit. Quint⁹ cu
ſtos/vxorē nemini laudare. Sūt ſtulti q̇ laudāt vxores ſuas. Eſt vul
gatū ꝓuerbiū:q̇ vxorē ſuā laudat ⁊ ꝓpoſitū/vellet ea ſibi auferri (wer
ſein fraw vnd kumpſt lobt der kem ir gern ab) Candaules (de q̄ He
rodotus) cuidā vxorē ſuā nudā oſ͞ndit/⁊ inde ab eodē fuit cognita. No
li ḡ oſtēdere aut laudare:ſi eīm dixeris: O habeo vxorē pulchrā/ꝓbā:
is q̇ audit ſi nouit q̄ adultera eſt/mox te ꝯtemnet ⁊ irridebit vt cucu
lū/q̇ te putas habere caſtā. Si neſcit/tn̄ q̄ pulchra eſt vt adultera fiet
conabitꝛ. Tace ḡ/neq̃ʒ laudaueris eā/neq̃ʒ vitupaueris corā talibꝫ. O
etiā ſi hos poſuero cuſtodes/timeo q̄ nihil efficiā. Qui vxorē cuſto
B dit (eſt vulgatū ꝓuerbiū) arat littus/laterē lauat/aquā in fontē defert.
Facili⁹ eſt eſſe paſtorē locuſtaꝝ/aut pulicū in vanno ad ſolē expoſito
rum/q̃ʒ cuſtodire vxorem. Eſto ꝙ his cuſtodibꝫ caſta nō manſerit:tu
tn̄ rōnabilr qd in te eſt feciſti:in culpa nō es:habebis q̇d r̄ndeas corā
deo ⁊ hoibꝫ. Et ammō tūc tibi patiētia neceſſaria eſt/cogitās ꝙ tu ne
q̃ʒ ṗmus neq̃ʒ vltim⁹/q̇ impudicā ⁊ adulterā habuit vxorē:meminerꝭ
q̄ etiā maximi ex p̄ncipibꝫ tales habuere vxores. Quos ſi ſcire volue
ris/legito Frāciſcū Petrar. lib. ij. ca. xxj. de remedio fortune aduerſe:
⁊ te cū ſuis dictis ſolare. Rogemus.

Feria. iiij. poſt Iudica. iiij. Aprl'. Feſtū Ambro.

Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Eccs. j. Euāgelium

TRiceſimaſecūda turma ſtultoꝝ eſt adulteroꝝ(ee narren)
nō q̄ ſunt in matrimonio/ſed q̄ ſunt violatores matrimo-
nij. Dinoſcunt̄ hi nolis ſeptem.

Prima nola eſt:ꝯcubitus ſoluti cū maritata aut econ-
tra. Hoc adulteriū quāta ſit ſtulticia nemo ignorat:niſi q̄ aut experiē-
tiam nō h₃/aut ſaltē meditatōne nō ꝯſiderauit. O frater quāta ſtulti-
cia eſt tam grandi ꝑiculo ſe ꝯmittere ꝑ tam feda ⁊ breui voluptate:cō-
mittis te o adoleſcens ⁊ o femina ꝑiculo corꝑis ⁊ anime ⁊ fame. Ex-
pectare vos oportet qua hora interficiamini:ſemel/ter ⁊ centies euadis/
venit hora ⁊ totū ſoluis. Pueros gignis nō tuos:admittunt̄ ad here-
ditatē alienam:qualis h̄ ꝑplexitas/nouerint hi quos tāgit hoc negoci-
um. O adoleſcēs putas te diligi ſolū:erras plane:ꝓpter vnū ſolū ho-
minē nō ſolet tētoriū expādi/neq₃ coquina erigi:merces ſuas ꝓ vno
emptore mercator non exponit.

Secūda nola:vxorati cū maritata ꝯcubitus:Duplex hoc eſt adul- C
teriū:tāte ⁊ maioris fatuitatis quāto peius q̄ ambo grauiſſimis ple-
ctunt̄ penis:qb⁹ ſe ſubmittere grādis ē ſtulticia. Morte punit̄ ſ₃ legē
Moyſi Leui.xx.⁊ ſimilr̄ ſm leges mūdanas:nec recipit̄ aliqua redē-
ptio. Nec mirū q̄ tā grādi pena plectit̄/cū ꝯtrariū ſit iuri naturali:vnū
ex p̄ceptis iuris naturalis eſt:Hoc q̄ tibi non vis fieri alij ne feceris.
Nimirū h̄ nullo modo aliq̄s vellet ſibi fieri/vt q̄s cū vxore ſua peccaret
Multi ſunt q̄ potius ꝑmitterēt ſe interfici vel exheredari q̄₃ h̄ ſuſtine-
rent. Ius ḡ naturale d̄t homini/q̄ hoc nullo modo debeat facere alij
q̄d ab eo nō vult ſibi fieri. Et q̄₃ graue eſt iſtud pctm̄/vt tā graui pena
puniat̄:grauī⁹ q̄₃ furtū. Furto aufers ꝓximo pecuniā/adulterio vxo-
rem:⁊ q̄s eſt q̄ nō mallet ſibi auferri florenos etiā centū potius q̄₃ vxo-
rē ſtuprari? Recte in ordine p̄ceptoꝝ decalogi an̄ furtū ⁊ poſt homici-
dium poſitū eſt:tanq₃ ⁊ ſi homicidio minus/maius tn̄ furto. Verū di-
gnū ⁊ iuſtū eſt adulteriū ita ſeuere punitū iri:cū ſit q̄dā dei ꝯtumelia.
Nonne ꝯtrariū eſt matrimonij ſacramēto/q̄d de⁹ ip̄e inſtituit ⁊ in pa-
radiſo ⁊ innocētie ſtatu:nō igit̄ fit ꝯtumelia tāto ſacramēto abſq₃ ma-
gna dei ꝯtumelia.

Tertia nola eſt:ꝯcubinā publice in domo cū vxore tenere. Non ſa-
tis eſt frater vt adulter ſis/niſi etiā vxorē cui fidē fregiſti/etiā manife-
ſte ꝯturbes:⁊ ſpinā oculis eius infigas:⁊ afflictōnem addas afflicte:
ſcandalizes ꝓximos/q̄ inde ſil'ia faciēdi audaciā ſumunt. Ve p̄latis
negligētib⁹ ⁊ diſſimulantib⁹/q̄ talia ꝑmittūt inulta. Putaſne q̄r hic
diſſimulat̄/ideo alibi corā iuſtiſſimo iudice penā nō recipiēt ꝯdignā? D
Hic q̄ſo q̄s corrigeret:cum rectores reip. ſpūales ⁊ ſeculares in eade₃
ſint damnatōe:ſed aliter alibi.

Quarta nola eſt:vxorē ad adulterandū inducere/ꝑmittere aut oc-
caſionē p̄ſtare. Notate v̄ba:ſignate myſteria. Sunt q̄ inducūt vxores

M

quatenus adulterent̃: ⁊ quo pacto: illo: q̃ ſunt bibuli/ nihil operantes/ crapuloſi die ac nocte. Cum q̃ʒ es nõ acq̃rant/ dicunt vxori: Vide vt pecuniã habeamus: vade ad hũc vel illũ ſacerdotẽ aut nobilem: mutuo accipias florenũ vnũ vel duos. Vadit ⁊ facit honeſta mulier/ ⁊ redit meretrix. Audiui de quadã heſterno veſperi/ q̃ marito cum mẽſam poſuiſſet/ ꝓpoſuit pulmentũ auenariũ ad vnũ cornu mẽſe cum aque amphora: ad aliud cornu capũ aſſum optimũq̃ʒ vinũ cũ pane albiſſimo: Eia inq̃t: nunc ad quodcunq̃ʒ illoꝝ ſedeto. Sedit maritus ad capuʒ: Subiunxit: ſi illic ſedere volueris/ ſcias te riualem paſſuꝝ/ q̃ mihi hec tribuat: ꝙ ſi malueris mecum viuere in pauptate ⁊ honeſtate/ ꝯtentuſq̃ʒ eſſe volueris in pulmentario hoc ⁊ pane cibario/ tecum honeſte viuam. Sed manſit fatuus cum capo: malens gaudere cum crapula/ q̃ʒ triſtari cum vxoris ſanctimonia. Sunt deinde qui non iubent vxores adulterari/ ſed ꝑmittũt ex ſua negligentia: cum videlʒ tales ſe prebent vt nihil timeant̃. Nimiꝝ ꝯtingit ꝙ vxor cadit ſolum quia a viro neglecta. Eſt cum vxore ſicut equo: q̃dam equi cadunt: aliȷ̃ non cadũt/ ſed ceſpitant (ſtruchen) tertiȷ̃ non ceſpitãt/ ſed inclinant̃ (gnickent) Sic ⁊ q̃dam mulieres cadũt ꝑ adulteriũ: alie non cadunt: ſed ceſpitãt: non longe abſentes a caſu. ſ. q̃ malos habent mores/ ſocietates ꝑclitic in caſum. Sed tertie ſunt inclinate (gnickent) tales ſunt fere oĩes femine ab adoleſcẽtia inclinate ad turpia/ etiã ſi fugiãt ſocietates malas ⁊ mores laſciuos. He ſi non vigilanter in freno teneant̃/ tãdẽ cadunt. Sũt tãdem q̃ non iubẽt neq̃ʒ ꝑmittũt/ ſed occaſionẽ p̃bent adulteriȷ̃: q̃ raro ſunt cum ſuis mulieribꝫ: peregrinant̃/ vel ad mercantias abeunt. Interea igit̃ quia marito carent/ alius ſuccedit: q̃ ſi fuiſſet p̃ſens ⁊ eis maritalẽ p̃buiſſet affectũ/ non cecidiſſent. Talibꝫ euenit quod naucle ro in facetiȷ̃s Pogiȷ̃: qui lucri cauſa varia nauigio loca ꝑrrans: poſt q̃ntũ ferme annum rediȷ̃t viſurus vxorem/ quam iuuenculam reliq̃rat cum tenui ſuppellectili. Illa autem viri reditum deſperans/ cum alio ſolebat habitare. Ingreſſus itaq̃ʒ vir domũ/ videns eãdem informem relictam adeo ꝑpolitam: queſiuit vxorem/ vnde ornatus dom⁹ ꝓueniret. Que reſpondit: Dei gratiã interim auxilio fuiſſe ſcias/ vnde omnia hec emanarunt. Benedixit vir deum/ qui tanta beneficia vxori ꝯtuliſſet. Videns inſuꝑ cubiculum/ lectum/ aliamq̃ʒ ſuppellectilẽ ornatiorẽ ſolito/ q̃rens vnde hec ꝓuenirent. Iteꝝ reſpondit dei gratiaʒ hec oĩa adminiſtraſſe: vnde liberalitatẽ dei vir maxime ꝯmendans/ ei gratias egit. Suꝑuenit tãdem puer triennio maior/ more pueroꝝ blã diens matri: Hunc videns vir q̃ſiuit q̃s eſſet. Cui vxor meus eſt inq̃t puer iſte. Stupẽs aũt maritus admirabat̃/ vñ ſe abſente puer ꝓueniſſet. Sʒ in eo ꝓcreãdo ſilr̃ dei grãm affuiſſe vxor rñdebat. Hunc indignatus vir/ malas inq̃t deo gratias habeo ⁊ ago: qui tot cogitatiões ſuſceperit de meis rebꝫ. Viſum eſt eñ ei deum nimium fuiſſe curioſ

ſum;qui ꝛ de ꝑcreandis ſe abſente liberis cogitauerit.
Quinta nola eſt:alienã appetere. Qui viderit mulierem ad ↄcupi-
ſcendum eam/iam mechat⁹ eſt cum ea:ait dñs. Ecce etiã ſine carnali
ope hoiem fieri poſſe adulteꝝ docet. Noli frater te voluntarie mittere
in ꝑiculum:aliena non ↄcupiſcas:ſis ↄtentus ꝓpria. Fatuus plane ꝗ
ſe tali ↄmittit ꝑiculo. Nonne ille ſtultus reputandus eſt/ꝗ cum criſtat
in medio mari ſuꝑ aſſere tutus natãs/ꝛ de aſſere exiliret in mare? Et
tibi eſt vxoꝛ tanꝗ̃ aſſer data/econtra vxori maritus:in qua ſuꝑnata-
re poteris/ne ſubmergaris in mari ↄcupiſcentie. Noli ḡ relinq̄re aſſe- F
rem/ꝛ tradere te ↄcupiſcentie(weger iſt die ee weder der ſee)melius ẽ
nubere q̃ꝫ vri ſine ſubmergi. Q, ſi dixeris/nolo in matrimonij ſtatuꝫ:
tunc ↄtine. Et vt poſſis occaſiones fugere/ieiuna/vigila/lege/oꝛa/ꝛ
alia fac exercitia. Sed ais:vxoꝛẽ habeo:ſed fedã/ineptã/ſenẽ. Eſto:nõ
tñ ideo tibi lꝫ adulterari:hec ſunt onera matrimonij. Hoc ꝑiculũ ẽ in
qͦd ſe ↄmittit nubẽs:qͦd vtiqꝫ graue eſſe apl'i intellexerãt/cum dicerẽt:
Si ſic eſt/cũ muliere difficile eſt nubere. Sꝫ patiẽtiã ḡ habeto:ꝛ tibi
vim facito:qꝛ regnũ celoꝝ vim patit᷑. Opoꝛtet legẽ dei ſeruare:hec iu-
ſta eſt iuſtificata in ſemetipſa. Ergo te eidẽ apta/ſi ſaluari volueris:
hec via in celũ ducit:ambulate in ea.

Sexta nola:turpiter vxoꝛẽ in actu carnali tractare/aut de alia nõ
ſua cogitare. Sunt ꝗ abutunt᷑ beſtialr̃ vxoꝛibꝫ:peioꝛes ſunt illi adulte-
ris:neqꝫ deberẽt eis vxoꝛes obedire. Ceteꝝ ꝗdã dũ ꝓpriã cognoſcunt
vxoꝛẽ/faciũt ſibi fantaſiã de alia:ſic ꝛ vxoꝛ de alio/videlꝫ adultero. Et
ſic ſe hñt quaſi cũ alieno ↄuenirẽt:parate ſi alia ꝑſona illic eſſet/cũ ea-
dem coire. Adulteria hec ſunt.

Septima nola eſt:cũ moniali turpiter agere. Et eſt ne h̄ adulteriũ?
hñt ne maritũ? Hñt vtiqꝫ:ipe eſt dñs tu⁹:nõ ſolũ miles aut comes vel
rex:ſed rex regũ/dñs dñantiũ:cui eſt deſpõſata quã ꝗris:ꝗ te creauit ꝛ
redemit. Sigñ igit᷑ ↄcupiſcẽtia tibi dixerit aut monialis quod vxoꝛ
Pharaonis Joſepho/Veni doꝛmi mecũ:rñde:Quõ h̄ poſſum face-
re malũ/ꝛ peccare in dñm meũ? Hoc medio btũs Matthe⁹ nitebat᷑ re-
gi diſſuadere ↄcubitũ monialis ſue. Caue frater:ſpõſus zelotyp⁹ eſt: G
ſpõſam noli tãgere:quã intantũ diligit vt eam includeret. Eſto/iam
parcat:nõ parcet tñ tibi furoꝛ viri in die vindicte. Rogem⁹ dñm. Vi-
de ſi placet in ſumma Aug. latius.

Feria.v.poſt Judica.vi. Apꝛilis.

Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Eccẽs.j. Euangelium.
Triceſimatertia turma ſtultoꝝ eſt incõſtantiũ(wanckel nar-
rẽ)vel(ſꝑ narrẽ)vt in ſpeculo ponit᷑. Dinoſcunt᷑ ſeptẽ nolis
Prima nola:diuerſa velle audire/ſcrutari ꝛ expiri:ꝛ tñ pa-
rum aut nihil inde proficere. Sunt qui modo hoc/modo illud au-